



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

189. Ut post allocutionem Episcopi in Missarum solemnibus plebs ad orationem invitetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 95

ricos, nisi hymno dicto, edere panem, & post cibum gratias auctori Deo referre.

Ut sacramenta altaris à jejunis celebrentur.

Ex Concilio Africano.

CLXXXVIII. Ut sacramenta altaris non nisi à jejunis celebrentur, excepto uno die anniversario quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum Episcoporum sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.

Conc. Afric.
c. 8.
Capitulare
Ahytonis
c. 10.

Ut post allocutionem Episcopi in Missarum solemnibus plebs ad orationem invitetur.

Ex Concilio Laodiceno.

CLXXXIX. Quod oporteat seorsum primùm post allocutiones Episcoporum orationem super catechumenos celebrari. Et postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum sacerdotis & discedentibus tres orationes consummari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda verò & tertia per exclamationes solitas expleantur.

Concil. Lao-
dic. c. 19.
Burchard. lib.
2. c. 69.

De eadem re.

CXC. Oportet ut in diebus festis vel dominicis, post sermonem intra Missarum solemniam habitum ad plebem, sacerdos admoneat ut juxta apostolicam institutionem orationem omnes in commune pro diversis necessitatibus fundant ad Dominum pro Regibus

Vide infra c.
204. hujus
libri.
Burchard. lib.
2. c. 70.

Vide Amulo-
nem. epist. 1.